monet. Ipsa etenim scripta eius precepta sunt: quando aliquid
tacet facit. quid agere debeant innotescit. R. Dum
aspicerem animalia apparuit rota una iuxta ea quatuor habens facies
et una similitudo ipsarum quatuor. V. Aspectus rotarum et opus erat quasi vi-
sio maris. et una. l. viii. Ecce enim binos in predica-
tione discipulos mittit: quia duo sunt precepta caritatis
dei videlicet amor et proximi. et minus quam inter duos
caritas haberi non potest. R. Cum ambularent animalia ambulabant
et rote iuxta ea quocumque ibat spiritus illuc pergebant et rote elevabantur
sequentes eum. V. Cum elevarentur animalia de terra elevabantur et
rote iuxta ea. Quocumque. l. ix. Nemo enim proprie ad semet-
ipsum habere caritatem dicitur: sed dilectio in alterum ten-
dit. ut esse caritas possit. Binos ergo ad predicandum
discipulos dominus mittit: quatenus hoc nobis tacitus innuat.
quia qui caritatem erga alterum non habet. predicationis offi-
cium suscipere nullatenus debet. R. Audiebam sonum alarum
sicut sonum aquarum multarum quasi sonum sublimis dei. nam cum fieret
vox super firmamentum quod imminebat capiti eorum stabant et di-
mittebant alas suas. V. Et cum ambularent ut sonus multi-
tudinis atque castrorum erat dum vero starent dimittebantur
penne eorum. Nam cum. Gloria. Stabant. V. Annuntiaverunt o. Ad l. a.
Vita deo et hominibus sancta ewangeliste qui ordinavit tempora
a bono opere usque ad consummationem vite. A. Dederunt in
celebratione operis sancti decorem ideo memoria eorum est in benedictione
in seculum seculi. A. Implevit eos dominus spiritu sapientie et intellectus iocun-
ditatem et exultationem thesaurizavit super eos. A. Ecce

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/131, Fol. [1]v – Missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-w5sv/6761/56642)